Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0002-2

1719.

Hering, Joh. Samuel: De Stoica veterum Romanorum jurisprudentia.

1722.

Schwartz, Andreas Sigismundus: De jureconsultis Scripturam sacram licite interpretantibus

1730.

Heringius, Joh. Samuel: De concursu senatus et civium circa causas civitatum provincialium in specie circa condenda statuta, electionem syndici, ... nec non certa genera aedificiorum in urbe exstruenda.

1731.

1. Heringius, Joh. Sam: De eo, quod justum est, circa successionem ab intestato patrui concurrentis, ad defuncti fratris Germani filii hereditatem, una cum hujus fratribus vel sororibus unilateralibus, in civitate Sedinensi.

2. Kistmacherus, J. N: De pacis parariis inter belligerantes.

1733.

1. Heringius, Joh. Sam.: De jure virginum et foliarum nobilium in feudis Pomeraniae Orientalis

2. Avadius, Mich. Fridericus: De foeda atque infausta foederum violatione.

1735.

Kistmacherus, Georgius Nathanael: De formula Imperii regni Sueco-Gothici.

1756.

Oelrichs, Jo. Carol. Conr.: Dissertatio de bibliothecar. ac librorr. fatis in primis libris comestis praefationis loco catalogo partis bibliothecae ... Berolini ... dividendae praemissa.

1762

Oelrichs, Joan. Carol. Conr.: De origine, necessitate et commodis consulatus academici temporalis et ambulatorii speciatim Palaeo Stettini. Oratio.

1765

Oelrichs, Joann. Carol. Henr.: De servis juris positis atque magistratibus apud Romanos. Dissertatio trigae gymnasiorum ... Halensi, Zulicensi et Bergensi ... jubilaeum celebrantium ... dicata

1774.

1. Lieberkuehn, Christianus Ludovicus: De experimento vesicae. ad illustrandam observationem LXVII novi juris controversi Friderici de Behmer. Programma, quo ad lectiones aestivas invitat.

2. Lieberkuehn, Christianus Ludovicus: De origine consacramentalium non peregrina. Programma, quo ad lectiones suas hibernas invitat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0006-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0008-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0009-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0010-6

# D. IO. CAROL. CONR. OELRICHS

COMIT. PALAT. CAES. PROF. IVR. PVBL. ORD. REGIIS
BONAR. ART. SOCIETATIB. REGIOMONTI. GRYPHISW.
ET GOTTINGAE. NEC. NON. DVCALI. HELMSTAD.
ITEMQVE. BREMENSI. TEVTONICIS. ET
LATINAE. IENENSI. ADSCRIPTI

# DISSERTATIO

DE

## BIBLIOTHECAR. AC. LIBROR. FATIS

IN. PRIMIS

## LIBRIS. COMESTIS

---

PRAEFATIONIS. LOCO

CATALOGO. PARTIS. BIBLIOTHECAE

NVMEROSISSIMAE. LECTISSIMAE

AC. NITIDISSIMAE

BEROLINI

II. KAL. DEC. ET. SEQQ. CIↃ IↃCCLVI

DIVENDENDAE

PRAEMISSA

---

SEDINI
TYPIS. SPIEGELIANIS
CIↃ IↃCCLVI

KONFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

MARCVS. AVRELIVS. SEVERVS

*Si optio mihi a Diis daretur, mallem libr ſtipatus in ſepulchro agere, quam vitam int rudes viuere.*

ANT. DE GVEVARA in *Horol. princip. L. II. C. 16. p. 288.*

## LECTVRIS
S. D. P.
D. IO. CAROL. CONRAD. OELRICHS

Dvarvm havd ita pridem bonae notae bibliothecarum expoſui fatum, triſtius vnum,[1] alterum laetius.[2] Iam iterum, illaetabili mihi quidem, verum reipublicae litterariae grato, defungor officio, dum maxi-



1) Iacturam in mente habeo, quam funeſtiſſimo incendio egregiae bibliothecae, aliarumque rerum pretioſarum fecit amicus aeſtumatiſſimus, v. c. IO. CARO.

maximae, bibliothecae cuiusdam exquiſitiſſimae, partis deſtructionem proxime imminentem, publice ſignificare debeo. Si enim animo meo intueor damnum, quod, hac ex diſſipatione, ſtudiis inferri meis ſentio, graue per ſe eſt, grauius tamen mihi hac in vrbe vitam viuenti inſuauem, qua pabulum animae, multis de cauſi

---

CAROLVS GVILELMVS MOEHSEN, *medicinae D. et practicus Berolinenſis:* qua de calamitate fuſius egi et fatum certe acerbum, ſaucio animo, (quis enim

*— — — — — talia fando*
*Temperet a lacrymis! — — —*
VIRGIL. *lib. II. Aeneid.*

expoſui in litteris prolixis ad V. IOANNEM PETRVM KOHLIVM, publici iuris factis in *Hamburg. gel. Berichten an. cIↄ Iↄ CCLIIII. Num. XIIII. p. 108. ſeqq.*

2) Donationem innuo bibliothecae, ſcripta Pomeranorum, ac exterorum in Pomerania, ingenii foetibus, clarorum exhibentis, qua bibliothecam Gymnaſii regii ac academici Sedinenſis augere dignati ſunt generoſiſſimi heredes

vi

is, valde rarum eſt. Neque tantum meam, ſed doctorum quoque meorum ciuium inde doleo vicem: quippe, pro ſingulari generoſiſſimi poſſeſſoris comitate, cuique facilis in bibliothecam patebat ingreſſus, adeo prorſus, vt in priuatos cuiusque vſus comparata et quaſi inſtructa ea videretur. Contra vero con-



viri, tum de hiſtoria Pomeraniae vniuerſa, tum de patria vrbe, Sedino veteri, multis modis, immortaliter meriti, MATTHAEI HENRICI DE LIEBEHERR, *domini*, dum viueret, *in Woitſick* et *Schlatkow* ac *vrbis*, quam dixi, *conſulis*, *rerumque pupillarium ac aediliciarum directoris*. Singularem hanc generoſiſſimorum heredum munificentiam monumentis commendari curaui in V. C. IOANNIS CAROLI DAEHNERT *Pommerſchen Bibliotheck*, *Vol. III. P. XII.* prolixius vero, et illis, et laudato et numquam ſatis laudando viro, M. H. DE LIEBEHERR iuſta perſolui in ſingulari opella, inſcripta: *Hiſtoriſche Nachricht von einer anſehnlichen Schenkung gedruckter Schriften an die Bibliotheck des*

ſideranti mecum varia commoda e
vtilitates haud paucas, quae reipu
blicae litterariae, ex venditione eius
modi bibliothecarum publica, qua
lis haec eſt, obueniunt, fati acerbi
tatem accuſare haud licet, quipp
quod omnibus fere priuatorum bi
bliothecis commune eſt, ac propri
um. Sed potius, vt gratulemur o
bi erudito inſtantem hanc viciſſitu
dinem, non vna ſuadet ratio. Qu
enim eſt, qui non videat, vllo me
liori modo locupletari haud po
gazas eruditorum litterarias, qua
praeſtantiſſimis bibliothecis haſt
ſubiectis. Ita ex diſtractarum ruin
aliae creſcunt ac exſurgunt et vu
garis enuntiati veritas: *vnius r*
*corruptionem, alterius eſſe generati*
*nem* vel maxime, ex hiſce bibliothe
carum fatis, eluceſcit. Sic qu
que eruditi, indigniſſima, maxima
parte

---

*des koenigl. academiſch. Gymnaſii zu Al*
*Stettin. ibid. 1755. 8 mai.*

partem, paupertate preſſi, commodiſſimam, hac via, occaſionem nanciſcuntur, libros ſibi neceſſarios, multo viliori pretio, quam ex tabernis librariis, coemendi. Non moneo, multa eruditorum ſubſidia, non niſi ex auctionibus poſſe adquiri, quod experientia, optima rerum magiſtra, quemlibet ſatis docebit eruditum. Omitto, multorum eruditorum librarias ſupellectiles gynaeceorum et carcerum inſtar, vel ob ſolam poſſeſſorum inuidiam, vel etiam ob eorum pigritiam, turpiſſima ſane vitia! haberi occluſas. Taceo, eamdem infelicem plerumque eſſe ſortem bibliothecarum hominum illitteratorum, quos, ſcientiarum dignitatem aeſtimare haud valentes, inofficioſos, maxima ex parte, non minus deprehendes:[3] ita vt citius clauam ab Hercule, quam librum ad



3) Egregie, niſi me omnia fallunt, in huius commatis homines, quamuis inſtructiſſimas

innocuum vnius ſaepe horae vſum ab huiusmodi farinae, ne dicam furfuris, hominibus extorſeris. Accedit, quod dolendum! vt multae bibliothecae publicae, licet inſtructiſſimae, parum vtilitatis praeſtent eruditis. Viros enim haud raro offendimus bibliothecis publicis praefectos, indoctos, vel nullo prorſus erudi-

ctiſſimas poſſideant bibliothecas, Croeſi etiam gazis anteponendas, quadrat illud HORATIANVM (in *Satyr. lib. II. ſat. III. v. 104. ſeqq.*)

*Si quis emat citharas, emtas comportet in vnum,*
*Nec ſtudio citharae, nec Muſae deditus vlli:*
*Si ſcalpra et formas non ſutor: nautica vela*
*Auerſus mercaturis, delirus et amens*
*Vndique dicatur merito: quid diſcrepat iſtis,*
*Qui nummos aurumque recondit, neſcius vti*
*Compoſitis, metuensque velut contingere ſacrum?*
*Si quis ad ingentem frumenti ſemper aceruum*
*Porrectus vigilet cum longo fuſte, neque illinc*
*Audeat eſuriens dominus contingere granum,*
*Ac potius foliis parcus veſcatur amaris.*

Si

eruditionis ſpecimine publico, vel ſaltem non tali, ex quo eorum ſcientia in hiſtoria litteraria et re bibliothecaria poſſit cognoſci, cluentes, quin externam vix eruditi faciem prae ſe ferentes, non bibliothecarios, ſed bibliothecae quaſi aeditimos, ſeu potius commentarienſes, librorum non lectores, ſed ſpectatores, [4]



Si qui eiusdem notae librorum poſſeſſores ſimillimam ſibi imaginem in his, quae dixi, nondum conſpiciunt, ii adeant V. C. MICHAELIS LILIENTHALII *Obſeruat. de Bibliotaphis, ſeu inuidis libror. occultatorib.* quae exſtat in EI. *Selectis hiſt. et litt. P. I. p. 178-225*, vbi plures vitii huius ſpecies, viuis depinguntur coloribus, ac, medelae loco, ſalſe perſtringuntur.

4) Mihi ſemper, id obſeruanti, perſuaſum habui, inique agere fortunam, quando eiusmodi homines adeo ſancte libros cuſtodire ſolitos, vt nihil plane de iis ipſi in ſuam depromant vtilitatem, theſauris librariis publicis praefici

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0019-0

luſtratum aduentantium non hoſpites blandos aut comites officioſos, ſed bardos et pro numis tantum introductores agiles, ſtudiorum cauſa frequentantibus non ferentes opem, ſed prauo otio ac inani colloquio tempus perdentes, occupatos ad ſummum in abſtergendo, ſemel per annum, librorum puluere, aut tollendis aranearum telis: atque ſic, hoc negotio, libros et codices ab iniuria ſatis ſe vindicaſſe, deque toto orbe erudito, vel ob hoc ſolum, inſigniter eſſe promeritos, ſtipendiumque annuum, iure optimo, maximo, meruiſſe, non ſolum ſibi perſuadentes, ſed inſuper ab Herculeo hoc labore, laureolam, ſi Diis placet, exſpectantes. Haec quum mecum voluerem et in id paullum attentius, adhibita, in conſilium ratione, inquire-

fici patiatur, quibus potius, ob admirabilem hanc ab alieno abſtinentiam ac fidem, theſauri numarii concredenda eſſet tutela.

quirerem, qui fiat, vt homines muneribus haud raro videamus praepoſitos, quibus gerendis plane impares ſunt, alios inter animi motus, in mentem mihi venit illud IVVENALIS[5]

— — *voluit fortuna iocari.*

Atque, ſi dicendum quod res eſt, tales bibliothecarii, quales leuiter ſtrictimque iam deſcripſi, me quidem iudice, cum vetula anu, bibliothecae iuris conſultorum Pariſienſis cuſtode, pari paſſu ambulant, et ducis Aurelianenſis cane, artificio quodam in libris ex pluteis adportandis rurſusque deportandis erudito, non multum praeſtant.[6] Optandum ergo ſane eſſet, vt munus bibliothecarii ambiens, qui, nullo plane ſpecimine, ſuam, in hiſtoria litteraria, ac re in primis bibliothecaria, prodidit

5) *Sat. III.*
6) Conf. libellum meum: *Entwurf einer Geſchichte der koeniglichen Bibliotheck zu Berlin*, in *praef.*

didit notitiam (poteſt enim quis eſſe optimus rerum diuinarum interpres, iuris conſultiſſimus, experientiſſimus medicus, acutiſſimus philoſophus, et nihilo tamen minus ineptus bibliothecarius) examinis loco iuberetur:

I. Litterarum fata periodosque et migrationes ſcientiarum generatim, deinde breuem per potiores diſciplinas bibliothecam, ſpeciatim ſuae ſcientiae, aliquot horarum ſpatio, conſignare, ſeu diſciplinarum principes auctores, quibus ducibus ſint ortae et a quibus notabiliter promotae, enumerare.

II. De principibus illis auctoribus iudicium interponere, librorum editiones optimas notare, huiusque rei cauſas addere.

III. Exponere, quando et a quibus

bus primaria inuenta popularia atque politica orbi ſint data, et contra quae, quouis tempore, litterarum obſuerint augmentis, impedimenta, explicare.

IIII. An litterarum barbaries et hodieque ſit metuenda vel non?

V. Quae ad haec tempora argumenta exhauſta, quae vsque adhuc non ſat excuſſa, in quanam arte quaeuis emineat natio, in qua quaeuis deficiat.

VI. Qui ſint optimi librorum catalogi et quam bibliothecario polyhiſtori praeſtent vtilitatem.

VII. Si quid ſcribere meditatus ſit, ipſum argumentum, et quibus ſubſidiis, et quo ordine illud

lud perfici poſſe cenſeat, proponat.[7]

Sic non quiuis audaculus et leuis armaturae miles, qui maiora viribus acquiſiuiſſe, deinceps, licet pudore idemtidem ſuffuſus, fortunae tribuit, ad ſupremae eruditionis ſpartam, quae

7) Vota haec, pro parte quadam, iam fecit, auctor anonymus in *Reſponſoriis ad quasdam amici quaeſtiones de requiſitis Bibliothecarii, anno 1702*, editis, vna plagula in *4to* conſtantibus. Addi meretur IOANNIS DVRAEI, theologi famigeratiſſimi, de munere, officiis, requiſitis atque ſalario bibliothecarii, viſitationibusque annuis bibliothecarum publicarum inſtituendis, libellus, paucis in Germania viſus et extra eam rariſſimus, hac donatus inſcriptione: *The reformed School and the reformed Librarie-Keeper or two copies of lettres, concerning the Place and Office of a Librarie-Keeper by Iohn Durie whereunto is added, I. An idea of mathematiks. II. The Deſcription of one of the chiefeſt Libraries, wich is in Germanie erected, an ordered by one of the moſt learned*

quae arduum eſt bibliothecarii munus, in ſui ipſius et totius Germaniae opprobrium adcurreret.

QVAE cum ita ſint, ego quidem non miror, V. C. STEPHANVM BALVZIVM in teſtamenti tabulis vetuiſſe, libros a ſe collectos regiae vel publicae

---

*ned Princes in Europe. London printed by William Du-Gard and are to bee ſeld by Robert Littleberrie at the ſign of the Vnicorn in little Britain. 1651.* 12*mo*. Conſtat plagulis ſeptem. Opuſculum hoc, paucis multa exhibens, oculis vſurpare meis, quum in itinere litterario anno cIↃ IↃ CCL verſarer atque Hamburgi V. C. IOANNEM PETRVM KOHLIVM adirem, mihi licuit. Recenſuit illud, paullo poſt, ſtudioſe, laudatus vir, commercii epiſtolici litterarii Hamburgenſis editor, im *Geſammleten Briefwechſel der Gelehrten anni cIↃ IↃ CCLI. Num. V. p. 65. ſeqq.* Magis nota ſunt praecepta de officio et requiſitis bibliothecarii data a IOANNE HENRICO HOTTINGERO in *bibliothecario quadripartito. Tiguri 1664. 4to, cap. I.*

blicae alii adiungi bibliothecae. Probe enim id, quod ſupra iam monuimus, etiam animaduertit vir prudentiſſimus, qui, obſeruante V. C. ZACHARIA CONRADO AB VFFENBACH,⁸) ait, publicas bibliothecas theſauris defoſſis plerumque eſſe ſimiles, maioremque vtilitatem poſſe exſpectari, ac publicum rei litterariae commodum magis promoueri, ſi libri ipſius in eruditorum diſpergantur manus, qui iisdem, ſumma cum voluptate, non modo in proprios, ſed publicos etiam vſus frui ſciant: quum multae bibliothecae publicae, aliis quoque ex cauſis, nimirum ob bibliothecariorum inſcitiam, inuidiam et pigritiam, vitiorum plerumque comites, publico vſui non ſeruiant. Quis eſt ergo, qui reprehendere audeat ſectionem bibliothecarum per partes, more, non hodie aut nudius tertius,

8) Vide *praef.* ad *Tom. I. Catal. bibliothecae* VFFEN-

tertius, recepto, ſed apud maiores noſtros aliasque gentes longe vſitato. Quo inſtructior vero bibliotheca, venum expoſita: eo maior omnino vtilitas ſit, neceſſe eſt ad eruditos ex ſectione proueniens. Inſigni ergo reipublicae litterariae eſſe commodo propoſitum generoſiſſimi poſſeſſoris, parte bibliothecae ſuae maxima, ſe abdicandi, per ſe patet. Quiuis enim docta librorum notitia inſtructus, indicem hunc primis luſtraturus oculis, egregium eſſe adparatum facili perſpiciet negotio. Ii autem, quibus tam felicibus eſſe contigit, bibliothecam hanc ante videre, quam veteres coloni ſedibus ſuis eſſent pulſi, mecum fatebuntur omnes, amoeniſſimum eam praebuiſſe ſpectaculum, tum ob librorum praeſtantiſſimorum numerum, ligaturae elegantiam, munditiem et in-

ternam et externam, bonumque ordinem, tum quoque ob loci commoditatem maximam et ornamenta apte poſita. Conſpectus huius ſplendidi muſei ampliori deſcriptioni, in praeſenti, ſuperſedeo, quum celeberrimus bibliothecae poſſeſſor iam tum eam delineari curauit, et aere exſculpi curabit propediem: quae imago deinde totius ſplendidiſſimae bibliothecae adiungetur catalogo, nitidioribus typis, ample magnificeque in Belgio prodituro. Sed quis fuerit huius bibliothecae, quae vrbi noſtrae tanto erat ornamento, quanto doctis perfugio, poſſeſſor, ſcire forte cupietis lectores, et, iure quodam, rei huius notitiam a me deſiderabitis. Verum, quum ipſe celeberrimum nomen ſuum, in-

dici

9) Vide in primis epiſtolam dedicatoriam V. C IOANNIS CAROLI DAEHNERT *Vol. II. Bibliothecae Pomeranicae*, ſupra excitatae, praemiſſam, et dedicationem

libelli

dici huic, a ſemet exarato, obſeruationibusque bonae frugis litterariis, quantum ipſi, multis diſtento negotiis, licuit, locupletato, praefigere noluerit, religioni mihi eſt, illud patefacere: quod tamen librorum emtores ex teſſera gentilitia, in aes inciſa, ſingulisque libris adiecta, cui nomen eſt additum, facile intelligent. Cognoſcent vero ex ſolo nomine ſtatim virum, celeberrimis in Europa ſcientiarum ac elegantiorum litterarum academiis adſcriptum, cuius laudes a multis inde annis, totum peruagantur orbem litteratum, cuiusque merita in vniuerſam Pomeraniam eruditam multa ſunt, quae et praeſens aeuum certatim publice celebrauit,[9] et, niſi me fallit augurium, poſteritas, ſi quae

 futura

libelli: *Les commencemens et les progrés de la vraie piété par* P. DODDRIDGE, *traduit de l'anglois par* I. S. VERNEDE. *Berlin* 1752. 8.

futura eſt grata, laudibus ornabit. Etenim omnes ii, quos inter et virum celeberrimum vſus maximus intercesſit, indefeſſum eius Muſis Pomeranis inſeruiendi ſtudium, ac ardorem plane ſingularem, bonarum litterarum incrementum, in terris hiſce, promouendi, vno quaſi ore teſtantur. Fallor, aut multi ideo non nihil mirabuntur, qui factum ſit, vt celeberrimus bibliothecae poſſeſſor, etiam num ſuperſtes, maximae, theſauri ſui librarii, magno labore et ſumtu conquiſiti, partis, iacturam facere, conſtitutum apud ſe habeat? Propoſitum alioquin neque inauditi, neque adeo infrequentis moris. Extant enim haud pauca alia eruditorum exempla, qui, ſua qualicunque ſupellectile libraria, viui, ſe priuare, non erubuerunt. Ita viros, et fama et munerum dignitate, meritisque in rem litterariam, fulgentes, BIGNONIVM, VON DER MARCK, *conſulem Hagienſem*, VAN HVLST, ZACHA-

RIAM CONRADVM AB VFFENBACH, FRANCISCVM CHRISTIANVM GREGORIVM, IOANNEM LVDOLPHVM BVNEMANNVM, SAMVELEM ENGEL, pluresque alios, idem, quamuis non vna ex ratione, feciſſe, notum atque peruulgatum eſt. Quilibet igitur recte ſibi perſuadebit, generoſiſſimum poſſeſſorem laudatae bibliothecae, non minus graues ac praegnantes cauſas, nolentem ac inuitum, eo impuliſſe, vt a libris ſe ſe diſſociare ſuis debuerit, quum librariae rei non adſuetus, ſed quaſi natus videatur. Neque haec opinio quemquam fallit. Fama ſiquidem fert, vera pro dolor! virum celeberrimum, Pomeranico ſub coelo, ingrata multa perpeſſum, ſuperatis tandem omnibus moleſtiis et triumphante bona cauſa, animo agitare, breui hinc diſcedere, et in alias concedere terras, ac ſi coniicere licet, ordinem ſacrum cum politico commutare: quae

 muta-

mutatio domicilii certe non permittit, tam numeroſam, quam pretioſam ſupellectilem ſecum transportare. Ne vero quisquam ideo arbitretur, virum celeberrimum cum libris ſuis integrum eſſe diuortium facturum, hoc ſignificare e re videtur, eum, non tantum opera magnifica, a ſcientiarum academiis, quarum collega eſt, edita, ſibi ſuisque vſibus ſeruaſſe: verum etiam eruditorum amicorum dona, in gratam eorum memoriam, itemque multos alios libros, quibus ſe carere haud poſſe, ipſe videbat, de haſta publica excepiſſe.

ATQVE haec eſt rerum humanarum ſors, vt nihil ſit ſtabile ac perpetuum, ſed omnia mutationibus ſubiace-

ſubiace-

10) En ſuauiſſima coelibatus commoda! quo, effuſiori mihi eſſe licuit, maritis, quibus id non ſemper licere, ſatis nota atque manifeſta res eſt. Habuit itaque omnino, de quo ſibi gratulari potuit

potuit

ſubiaceant. Neque bibliothecas, eruditorum delicias, viciſſitudinibus eſſe immunes, inter omnes conſtat. Quam multas MARS et BELLONA, flagella haec hominum, VVLCANVS, claudus ille furcifer, aut NEPTVNVS, fluctiuomus, Dii, atro lapillo, notandi, extinxerint, nemo, niſi, qui in hiſtoria litteraria plane hoſpes ac rudis, ignorabit. Quae mala, ſi quis lacrymis eſſe maiora, dixerit, me facile habebit conſentientem. Mihi etenim, qui in coelibatu viuo, et liberorum loco libris delector meis, ſingularis et incredibilis foret calamitas, ſi bibliotheca mea, multo ſtudio et impenſis haud exiguis, quin et immodicis [10] conquiſita, caſu quodam infeſto, me priuari, ſiniſtra ſiuerint fata.



potuit V. C. IOANNES PETRVS DE LVDEVVIG, indulgentiſſimam nactus vxorem, quae eius deſiderio, libros, membranas atque chartas, multo aere, in vſus, comparandi publicos, non obſtitit:

Quod vt numquam mihi contingat malum, enixis Deum precibus oro atque obteſtor. Id enim de bibliotheca mea vere dicere poſſum, quod OVIDIVS [11] de vxore

*— — — te vox mea nominat vnam:*
*Nulla venit ſine te nox mihi, nulla dies.*

Multo tamen maiorem, me vel non monente, eruditorum oportet eſſe amorem erga proprios ingenii foetus. Verum o nefas! multas et varias, more non adeo nouo et inuſitato, ſed antiquo potius vſu, ſtatutas

tit: ita vt *Reliquiarum MSCtor.* lectores, pro tam amplo ac multifariam vtili opere, vxori deberi gratias, gratus moneat maritus, non inſciens, ſimili maritorum conatui haud raro obeſſe vxores, acriter dolendo, diſſuadendo, effundendo mala verba, confugiendo denique ad minas et lacrymas, bile et felle mixtas mordaci: vt mallent demum mariti, his impetiti fulminibus carere adparatu litterario, quam excitare domeſtici incendia belli. DE LVDE-

tas nouimus poenas in libros, infamia etiam et vltimo, haud raro, punitos ſupplicio. Optime, ex mea quidem ſententia, iudicat V. C. IOANNES GEORGIVS SCHELHORNIVS [12] eos, qui hoc modo in libros, vtpote ſenſu et ratione carentes, animaduertunt, [13] iis eſſe ſimillimos, qui aut mari compedes et verbera inferre, lapidem elixare, mortuos flagris adficere, ignem diſſecare volunt: aut alio vano ac inani labore perfunguntur. Fatendum enim omnino, in plurimos e libris infamia notatis,



LVDEVVIG in *Praef.* ad *Reliq. MSCtor. Tom. XII. §. 23. p. 43.*

11) *Lib. III. Triſt. eleg. III.*

12) in *Amoenitat. litt. T. VIII. p. 339.*

13) Non a libris tantum, verum etiam ab aliis rebus inanimis, immo brutis, poenas olim eſſe expetitas, fuſius exponemus in peculiari, quam meditamur, ſcriptione, de beſtiarum ac rerum inanimarum in ius vocatione, et modis contra eas agendi, easque puniendi.

ac vltimam poenam paſſis, ab iniquis iudicibus immerito eſſe ſaeuitum et iſtiusmodi ſaepius monumenta, quae perenni luce atque immortalitate digniſſima ſunt, praeter omne fas condemnata: quod vel e ſolis librorum prohibitorum et expurgandorum indicibus clariſſime pateſcit. Sunt et inter libros

*Queis funere vita eſt*
*Extendiſſe datum*

quibusque martyrii gloria denegari nequit. Quod, ſi non aliunde conſtaret, ipſe diuinus codex

*Cunctarum ſuperans monumenta*
*grauiſſima rerum*

toties peſſime habitus et proſcriptus, toties ad carnificem et contumelioſos ignes ablegatus, exemplo ſuo,

14) Vide V. C. IOANNIS GEORGII SCHELHORNII *Selecta Commercii epiſtol.* VFFENBACHIANI *P. III.* in *comment.* praemiſſa, *p.* 141. Adde EIVSD. *Amoenitat. litt. T. VII. p.* 121.

15) Dabo indubia rei argumenta copio-ſe

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0036-1

ſuo, nos edocere poſſet. Non iam animus eſt, aut huius loci, neque chartae aut temporis anguſtia, qua excludor, permittit, de variis ſuppliciorum generibus, in libros exercitis, vberius diſſerere, quorum alias multos proſcriptos, et ſtigmate donatos, non paucos ad perpetua vincula aeternosque carceres damnatos, alios mutilatos, nonnullos publico infamiae loco et patibulo affixos, quosdam capite truncatos, alios diſcerptos et laceratos, alios vſibus viliſſimis addictos, [14] alios aquis, [15] alios cloacis ipſis iniectos, alios carrucis impoſitos et ſolemniter ad ſupplicii locum deportatos, alios vltricibus flammis traditos, [16] alios denique, diris aduerſariorum conuiciis

ſe in *Bibliotheca* NEPTVNI, prima, qua licebit, occaſione, foras danda.

16) Cognita haec poena eſt atque ſatis perſpecta hiſtoriae litterariae cultoribus. Id vero, tribus, vt aiunt verbis,

conuiciis et criminationibus, veluti acerbiſſimis tormentis ſcuticisque atrociſſimis, non raro ad mortem eſſe

eſſe

---

bis, hic monuiſſe, haud erit incommodum, *imaginarium* eiusmodi ſupplicium exercitum aliquando eſſe in libellum. Quum enim M. CHRISTOPHORVS HENRICVS ANDREAS GERET, *S. R. M. Boruſſicae et marchionis Anſpacenſis conſiliarius conſiſtorialis ac eccleſiaſticus, paſtor Marianus Thorunenſis*, anno CIϽ IϽ CCXXIII, IACOBO MEISNERO, eiusdem vrbis *ſenatori*, nuptias, in peculiari epiſtola vnius plagulae, inſcripta: *Concordia ſacerdotii et imperii foecundiſſima felicitatis mater*, eſſet gratulatus et clerus catholicus Thorunenſis, alia omnia, in ea contineri, ſibi perſuaderet, quam ii, quibus,

*mens eſt ſana in corpore ſano*

atque omnes,

*quibus ex meliori luto finxit praecordia*
*Titan*

perſpicere poterant, eo rem adegit, vt iudicium cenſorium deteſtabile, quod eo tempore Thorunii, ob famoſiſſimum tumultum, habebatur, auctori poenam dixerit infamiae atque exilii, epiſtolamque inſuper ad rogum damna-

damna-

eſſe caeſos et cruciatos, nouimus. Hos libros puniendi modos ſtrictim recenſuit celeberrimus SCHELHORNIVS.

damnaret. Certe, ſi quid, illud vulpis apud PHAEDRVM de his valet iudicibus

*O quanta ſpecies cerebrum non habet!*

Dies ferali huic executioni praefixus nonus erat menſis Decembris anni, quem dixi. Quum vero, neſcio, quo fato, ne vnicum quidem, tunc, exemplum ipſius impreſſae epiſtolae ad manus eſſet, loco eius, vna plagula chartae purae, poſt meridiem eiusdem diei, accenſis taedis in quatuor fori regionibus, pulſatisque tympanis, atque ſic feſtiuis gaudiis, per carnificem flammis fuit tradita. Belle, ſapienter, lepide, vt nihil ſupra! Ridiculam hanc hiſtoriam qui vberius noſſe cupit, adeat opus eximium atque vtiliſſimum hiſtoricum V. C. MICHAELIS LILIENTHALII, quod, omiſſo nomine, prodiit, inſcriptum: *Erlaeutertes Preuſſen T. II. p. 808.* et *T. III. p. 154.* Atque adeo verum eſt, quod TERENTIANVS MAVRVS ait:

*Pro captu lectoris* (cenſoris) *habent ſua fata libelli.*

NIVS.[17] Sed ii non ſoli ſunt. Adnotauit enim V. C. IOANNES DANIEL IANOZKI,[18] famam in Polonia ferre, nobilem quemdam, SIMONIS OKOLSKI *Orbem Polonum* virgis caecidiſſe, quod ex eo antiquitatem ſtirpis ſuae deducere haud potuerit. Atque doctiſſimus IOANNES TOBIAS KOELERVS [19] teſtis eſt, Bauaricum quemdam ſummum ſtatus miniſtrum,[20] WIGVLEI HVNDII integrum, de vetere nobilitate Bauarica, opus: *Bayriſche Stammenbuch*, prelo iterum, multo auctius, ſubiiciendum, ipſique ad examinandum datum, quaeſito in eo perperam ſuo nomine, in vindictam concremaſſe: irreparabili certe magnoque

17) in *Sched. hiſt. litt. de variis poenis in libros ſtatutis*, quod extat in EIVSD. *Amoenitat. litt. T. VIII. p. 338. ſeqq.*

18) Vide EIVSD. *Nachricht von denen in der hochgraefl. Zaluskiſchen Bibliotheck befindlichen raren Polniſch. Büchern. P. I. p. 70.*

19) in EIVSD. *Nachricht von dem Leben und Schriften*

gnoque orbis litterarii, in primis Bauariae damno. Egregia exempla, pati etiam non numquam ſtultitiam eiusmodi hominum genus particulae praedicato, ceu inſigni maieſtate fulgens! quum tamen ſat firmo ſtet talo illud IVVENALIS [21]

— *Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.*

PLINIIque effatum:

*Nil infelicius homine eſſe, cui ſua dominantur figmenta.*

AT extat adhuc aliud, idque plane ſingulare ſupplicii genus in libros exercitum, tum diligentiſſimo SCHELHORNIO, tum aliis hiſtoriae litterariae peritiſſimis, et in harum rerum argu-

*Schriften Herrn* WIGVLEVS HVNDS, *p. 14. ſeq.*

20) Nouum hunc hominem fuiſſe atque cancellarium aulae Bauaricae, cui nomen erat VNERTL, ex ore V. C. IOANNIS DAVIDIS KOEHLERI, laudati filii patris, me audire memini.

21) *Sat. VIII.*

argumentis verſatis,[22] incognitum prorſus. Quis crederet, niſi exempla memoriae prodita, probarent, eruditos aliquando in poenam coactos fuiſſe, foetus ſuos comedere. Poena, ex mea quidem ſententia, auctori grauior, iam recenſitis! Quid enim inhumanius, quam eo aliquem adigere, vt ipſe in proprium ſaeuiat partum. SATVRNVM quidem legimus liberos ſuos deuoraſſe, vti ſignificauit HESIODVS ASCRAEVS,[23] cuius verba, ſecundum verſionem latinam, haec ſunt:

*Audiit e terrae dicto coelique nitentis,*
*Se fore vincendum a nato: ſic fata reuolui.*

*Quare*

22) Haud enim a IOANNE CHRISTIANO KLOZIO, ſpeciale argumentum, *de libris auctoribus ſuis fatalibus*, in peculiari *Diſſ. Viteb.* 1728 edita, perſecuto, ne vnicum quidem huiusmodi, a libris ſumtae poenae, de qua iam verba facere animus eſt, exemplum in medium fuit prolatum.

*Quare obſeruabat natos non ſegniter omnes,*
*Atque vorabat eos genitos: Rhea at ipſa dolebat.*

Sed, lepidas inter fabulas poeticas, haec merito ſunt referenda, [24] et huc plane non faciunt, quum non de corporis, ſed ingenii dumtaxat foetibus, *de libris* ſcilicet *et litteris comeſtis*, (vel ſi mauis *comeſis*)[25] nonnulla, animaduerſione, omnino haud indigna, et hiſtoriae litterariae ſtudioſis forte placitura, prout calamo, ſua ſponte, ſe offerent, in chartam coniicere, conſtituerim. Quod, quicquid erit ſcriptionis, vt aequi bonique conſulatis lecturi,



3) in Θεογονία ſeu *Deorum generat. v. 465.* NATALIS COMES in *Mytholog. p. m. 115.*

4) Legi merentur, quae, hac de re, commentatus eſt V. C. BRANDANVS HENRICVS GEBHARDI in *Diſſ. de natalibus Saturni in hiſtoria primi parentis Adami inueſtigatis*: reſp. FRANC. MICH. CLINGIO, habita *Gryphisw. 1703. cap. II.* de *Saturno miſero. p. 12. ſeq.*

non, quod de animi veſtri aequitate dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo.

PRODITVM memoriae eſt, EZECHIELI, *prophetae*,[26] et IOANNI, *theologo*,[27] diuinitus datum eſſe librum cum mandato, vt comederent, ac praedictione, fore illum in ore quidem dulcem, vt mel, at in ventre

---

25) Vtrumque *participium* Latialem ſermonem habere, auctoritateque CICERONIS niti, prius tamen longe vſitatius eſſe, criticorum ſine criſi gratia, moneo.

26) *cap. III. v. 1 - 3.* ita vero loquitur vates: *Et dixit mihi, fili hominis! ventrem tuum fac comedere et viſcera tua adimple volumine hoc, quod ego tibi do. Propterea comedi illud, et fuit in ore meo par melli, dulcedine.*

27) in *Apocalypſi cap. X. v. 7 - 10*, vbi haec leguntur: *Atque eadem vox, quam de coelo audiueram, rurſus mecum loquuta eſt in hunc modum: I, ſume libellum apertum, qui eſt in manu angeli, in mari terraque ſtantis. Tum ego angelum aggreſſus: Da mihi libellum inquam*

tre amarum. Atque, ſi haec, quae ex ipſis ſacris paginis diſcimus, ad litteram eſſent intelligenda, exempla de libris comeſtis, ſine dubio, forent omnium antiquiſſima, omnique exceptione maiora. Verum enim vero intellectu haud eſt difficile, verbum *comedere* hic ſymbolice et aenigmatice eſſe ſumtum,[28] ac,



*inquam. Et ille: accipe, inquit, eumque degluti, et tibi ventrem, amaritudine torquebit, quamquam in ore tuo erit tam dulcis, quam eſt mel. Hic ego ſumtum de angeli manu libellum deglutiui, qui mihi in ore quidem tam dulcis fuit, quam eſt mel: ſed vbi eum comedi, amaruit mihi venter.*

28) Alia etiam in promtu ſunt ſacri codicis loca, in quibus το comedere, tum in hoc, tum in alio ſenſu metaphorico occurrere, obſeruaui: ne vero, in re non dubia, teſtimoniis vtar, aliisque falcem in alienam, videar, miſſurus, meſſem, ea ſciendi cupidos, ad eos ablego, qui, data opera, hoc, pertractarunt, argumentum. Quo in primis ſpectant ADAMI RECHENBERGII Diſſ. de βιβλιοφαγια

ac, eodem quidem ſenſu, quo, Romanis *comediſſe* ſeu *deuoraſſe librum* dicebatur, qui omnia in eo exarata auide arripuit, menteque percepit, ac, meditando et ruminando, in ſuccum quaſi et ſanguinem vertit. CICERO inde M. CATONEM, eiusmodi hominem, vno nomine, heluonem vocat librorum,[29] ibidemque ait: *ea deuoramus, quae maximo deſiderio appetimus:* et alio loco: [30] *quid enim tibi*

---

Φαγια EZECHIELIS ad EZECH. *II. 8. ſeqq. Lipſ. 1710.* ALBERT. SCHVMACHERI *Diſſ.* de EZECHIELE βιβλιοφάγω ad EZECH. *III. 3. Brem. 1720.* et IOANNIS ANDREAE SCHMIDII *Diſſ.* de *libris et epiſtolis coelo et inferno delatis. Helmſt. 1704.* Id denique, paucorum multis verbis, hic monuiſſe, haud abs re erit, inueterata receptum eſſe conſuetudine, vt is, qui opes ſuas abſumſiſſet, ſumtibus, in meretrices, vel venationes, impenſis, in Graecia diceretur deuoratus eſſe a meretricibus, vel canibus venaticis. Hinc PALAEPHATVS *cap. III. p. 17. Incredibil.* (edit. a CORN. TOLLIO cum eiusd. animaduerſionibus

*tibi faciam, qui illos libros deuoraſti.* Lepida inde cognominis ratio eſt orta, quo PETRVS TRECENSIS, aliis PARISIENSIS, hiſtoriae ſcholaſticae auctor, qui ſaeculo XII floruit, *comeſtor* ſeu *manducator*, Gallis, *le mangeur*, fuit nuncupatus, *quod ſcripturarum auctoritates in ſuis ſermonibus et opuſculis, crebrius allegando, quaſi in ventrem memoriae manducarit:* prout IOANNES TRITHEMIVS [31] loqui-

 tur.

ſionibus *Amſt. 1649. 12mo* publici iuris factae) ſcite deriuat fabulam illam tritam, ac vulgarem, quae ACTAEONEM, a propriis canibus, deuoratum fuiſſe, vulgauit.

29) *lib. III. cap. III. de finib.* Hunc CICERONIS locum expoſuit dilucide FABIANVS TOERNER in Diſſ. titulum habente ſequentem: *Heluo librorum ex occaſione verborum M. T. Ciceronis de finib. lib. 3. cap. 3.* a PETRO HESSELIO defenſa *Vpſal. 1705. 4.*

30) in *epiſt. ad Atticum lib. VII. epiſt. III.*

31) in *catal. ſcriptorum eccleſ. cap. 380.* in IOANN. ALBERTI FABRICII *Bibliotheca eccleſ. p. 96.*

tur. DAN. GEORG. MORHOFIVS,[32] contra, ſibi perſuadet, PETRVM hunc, *comeſtorem* dictum eſſe, *quod omnes ſcholaſticos deuorauerit, quem elegantius in lingua latina helluonem librorum dicemus.* Aliter ad agnomen hoc alluditur in eius epitaphio, in abbatia S. VICTORIS, *Pariſienſi*, poſito, quod ita legit V. C. FRID. GOTTHILF FREYTAG:[33]

*Petrus eram, quem Petra tegit*
*Dictusque comeſtor*
*Nunc comedor. Viuus docui,*
*Nec ceſſo docere.*
*Mutuus vt dicat, qui me videt*
*Incineratum:*
*Quod ſumus, iſte fuit*
*Erimus quandoque, quod hic eſt.*

Sed

*p. 96.* Diſplicuit tamen adeo haec TRITHEMII, ad verum propius accedens ſententia, de cognominis ratione, PHIL. LABBEO *de ſcriptor. eccleſiaſtic. T. II. p. 199*, vt ridiculam eam dicat atque commentam: verum, quantum ego iudico, fruſtra et ſine cauſſa.

32) in *polyhiſt. philoſophic. L. I. C. XIIII. ſ.*

Sed ſine ſale ſaepius PETRVM comediſſe biblia, ludit IOANNES ERNESTVS GERHARDVS,[34] et potius, manducatorem vocari eum debere, cenſet CHRISTIANVS KORTHOLTVS,[35] ſequutus, hac in re, OTTONEM DE S. BLASIO.[36] Ob memoriam quoque IOANNIS VLRICI PREGIZERI feliciſſimam, loca S. S. in concionibus frequenter, adeoque accurate, adlegantis, vt ne vocula quidem deſideraretur, eum *alterum comeſtorem bibliorum* dici merito poſſe, adſerit TOBIAS WAGNERVS.[37]

A TARTARIS potius, mos ille libros comedendi, eſt deducendus. Laudant illos Turcae, quod, quum ceterae nationes ſcriptam, in libris, habeant



33) in *Adparatu litt. vbi libri, partim antiqui, partim rari, recenſentur. T. I. p: 166.*

34) de *ſepult. Moſis cap. II. §. 4.*

35) in *hiſtoria eccleſ. N. T. p. 475.*

36) in *App.* ad OTTONIS FRISINGENSIS *Chronicon* in CHRIST. VRSTISII *ſcriptorib. rer. Germ. T. I. p. 201.*

37) in *vita* PREGIZERI, quae extat in

beant ſapientiam ſuam, ſoli illi libros ſuos deuorarint, et ſapientiam ſuam in pectoribus teneant reconditam.[38] Eadem, etiam, ex ratione Turcae, per longum temporis ſpatium, abhorruerunt a typographia. Muſas enim, anno cIↃ CCCCLIII, itemque imperante MAHOMETE IIII, Conſtantinopoli, triſti fato, eiectas, IBRAHIM PASCHA, Turcici imperatoris, ACHMETIS III, praetorio praefectus, quem Turcae *Vezirium magnum* vocant, anno demum Hegirae cIↃ CXXXVIII, hoc eſt anno poſt CHRISTVM natum cIↃ IↃ CCXXV,

HENRICI VVITTENII *memor. Theol. Dec. VIIII. p. 1180.*

38) AVGERIVS GISLENIVS BVSBEQVIVS in *epiſtolis legat. Turc. ep. IIII.*

39) Vide hiſtoriam originis typographiae Turcicae, Conſtantinopoli, introductae, cum indice omnium ad annum vsque cIↃ IↃ CCXXXVI in ea impreſſorum librorum, quam, adiectis ſimul eorum pretiis, ad monetam Germanorum redactis, ſubiunctisque mapparum

cIↄIↄ ccxxv, reuocauit, introducens iterum, multis ſuperatis difficultatibus, triumphali quadam felicitate, et optimo cum ſucceſſu, artem typographicam non in vrbem ſolum Conſtantinopolim, verum etiam in ipſum imperatoris palatium. Auctor ſuaſorque huius rei fuit quidam IBRAHIM EFFENDI, qui, ope ac conſilio cuiusdam eruditi, SAID EFFENDI, et iudaei Germani Pragenſis, CHACHAM IONAE, artis impreſſoriae periti, eſt vſus. [39] Neque mirum videbitur cuiquam, tam tarde in Tur-



parum geographicarum, ibidem excuſarum, titulis, cum celeberrimis diarii litterarii *Olmuzenſis* auctoribus, inſcripti: *Monatbliche Auszüge alt vnd neuer gelehrten Sachen* beneuole communicauit *vir ill.* DE PENCKLER, *orator*, *in aula Ottomannica*, *caeſareus*, quaeque ab illis, excitato loco, *T. I. P. VI. p.* 437-451 publici facta eſt iuris. Ex qua et emendari, et illuſtrari poſſunt ea, quae, hanc in rem, adnotarunt v. v. C. C.

cia admiſſam eſſe typographiam. Si quidem a Turcis maximus olim chartae habitus fuit honos, quia Alcoranus in ea exaratus eſt: indeque religioni ſibi ducebant, maculare chartam, abiicere, aut, profano vſu, temerare. Hoc enim, ſi animaduerterent, grauiter vlciſcebantur. Et fortaſſis huc facit id, quod accidiſſe legimus Perſico legato, MEHEMET RIZA BEG, Galliam tendenti, Conſtantinopoli vero capto, ac indigna quaeuis paſſo: qui nihil tamen magis, Galliam veniens, doluit,

C. C. CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMANNVS in *Progr.* de *aurora Muſis amica, Conſtantinopoli nuper orta. Gott.* 1728. 4. et recuſo in EIVSD. *Poeciles T. III. lib. II. p. 295. ſeqq.* GEORGIVS DANIEL SEYLERVS in *Orat. ſecul. de fatis artis typograph. in Turcia, in memoriam tertii, de inuenta typographia, iubilaei, ipſis encaeniorum athaenei Druſici ſolemnibus d. XXIIII. Nou. a.* cIↄIↄ*CCXXXX*, praemiſſa, et VVILH. IEREM. IAC. CLESSEN *im dritten Iubel-Feſt der*

doluit, quam quod in captiuitate, litteras collybiſticas decem millium Ludouiciorum (*Louis d'or*) ſecum habitas, comedere debuerit.[40] Sed cur comedere iuſſerint Turcae, cur non dilacerare, aut comburere chartam? enodate cognoſcere licet ex auctore, hac in re, claſſico, AVGERIO GISLENIO BVSBEQVIO, Ferdinandi et Maximiliani, imperatorum, apud Turcas oratore, qui haec, quae continuo ſequentur, litteris mandauit:[41] „Turcae, ait, et Perſae multum honoris deferunt chartae, quod in „ea

*der Buchdrucker-Kunſt c. I. §. 62-68. p. 64. ſeqq.*

40) Vide IOANNEM SCHVTZIVM in *Tr. de iride, lacrimis, libris et linguis, p. 110,* prouocantem ad Nouellas politicas Berolinenſes (*Berliniſche ordinaire Zeitung*) *a. cIↃIↃCCXV, N. 37 et 39.* ex relatione *Pariſienſi, d. XV. Mart.* eiusdem anni, data, id referentes.

41) *c. l. epiſt. I. p. m. 36.*

„ea Dei nomen ſcribatur. Itaque „chartulam nullam humi iacere pa„tiuntur, et ſi in aliquam incidunt, „ſubito attollunt, rimaeque alicui „aut foramini indunt, ne pedibus „proteratur. In quo fortaſſe nihil „eſt hactenus, quod reprehendas. „Sed audi reliqua. Supremi iudicii „tempore, quum Muhamedes ſuos „ſectatores, ex iis locis, vbi pro ad„miſſis criminibus poenas dent, in „coelum vocabit, vt ſempiternae be„atitudinis participes faciat: alia ad „eam via nulla patebit, quam per „ingentem ferream cratem, igne „feruefactam et candentem, per „quam nudis pedibus incedendum „erit: quo dolore, tu cogita, et tibi „ob oculos pone gallum gallinace„um per prumas ſubſultim curren„tem. Ecce vero hic, (mirabile di„ctu!) charta illa omnis, quam ita ab „iis a contumelia pedum aſſeruatam „diximus, improuiſa aderit, ſeque „eorum ſoliis ſubſternet, magno fu-

„tura

„tura auxilio, quo minus noxam „candentis ferri ſentiant. Tantum „erit meritum vindicatae ab iniuria „chartae. Et memini, quum ali„quando meis famulis grauiter du„ces noſtri iraſcerentur, quod eos „viderent, ad ſordidiſſima quaeque „miniſteria, charta vti, id ad me, „tamquam magnum flagitium, de„ferre. Quibus ego, nihil id mi„rum eſſe, reſpondi, in meis famu„lis: quippe qui, ſuillis etiam carni„bus veſci, conſueuiſſent.“ Hacte-nus BVSBEQVIVS. Sed abſona haec ignoſcenda fortaſſe ſunt Tartaris et Turcis, vtpote populis ſuperſtitioſis, barbaris et incultis? At, apud moratiores quoque gentes, et ipſos quidem Chriſtianos, hunc, in chartam et libros animaduertendi modum, vſu eſſe receptum, non minus obſeruaui. Sic BERNABO, ſeu, vt aliis dicitur, BARNABAS, vice comes, Mediolanenſis princeps, Maſſilienſem abbatem, pontificem poſtea creatum,

atum, dictumque VRBANVM V, ab INNOCENTIO VI, pontifice, anno cIↃ CCCLVI, ad ſe miſſum, quod ingrata quaedam nuntiabat, ac poſtremo apoſtolicas cenſuras, ac bullas minitabatur, pontificis litteras, quas attulerat, deuorare coegit. [42] Sed quid e longinquo et ab antiquo aeuo exempla peto, quum adſint recentiora ac in ipſa quidem Germania. Praeteritum ſeculum duo vel tria, hanc in rem, exhibet. Nullum, niſi in librorum cognitione tironem, latebit, librum in Saxonia, et aliis locis proſcriptum, [43] adornatum hac generali inſcriptione:

*Itinerarium Germaniae politicum modernam praecipuarum aularum faciem repraeſentans*

et

42) BAPTISTA FVLGOSIVS in *Factis dictisque memorabil. lib. VIIII. cap. V. fol. m. 329. v.* et ex eo IOANNES VVOLFFIVS in *Lect. memorab. cent. XV. p. 763. a.* Adde BERNHARDI HERTZOGII *Elſaſſiſche Chronick, lib. II.*

et hac ſpeciali:

CONSTANTINI GERMANICI ad IVSTVM SINCERVM *epiſtola de peregrinationibus Germanorum recte et rite iuxta interiorem ciuilem prudentiam inſtituendis. In qua depinguntur Germaniae principum mores, doctrina, inclinationes, vota, ſpes et metus ſecreti magis, quam profeſſi. Exhibentur item eorum aulae, iudicia, miniſtri aulici, iuridici et bellici: qua occaſione politici flores vbique inſeruntur, notabilesque hiſtoriae referuntur, ita, vt inſtar Itinerarii politici Germanici inſeruire queat. Acceſſit index rerum locupletiſſimus. Cosmopoli apud* LEVINVM ERNESTVM VON DER LINDEN *12mo.*

ſimulac

---

*II. c. XXXXI. fol. 63.*

43) Vid. *Der teutſche Monzambanus* ſiue SAMVELIS L. B. A. PVFENDORF *Bericht von dem Zuſtande des H. R. Reichs teutſcher Nation*, in *Praef.*

ſimulac prelum reliquiſſet, quod circa annum cIↄIↄCLXVIII factum eſt, magnos excitaſſe motus, tum ob liberiorem ſtilum, tum etiam ob ſummam, in principum, eorumque miniſtrorum actiones, animaduertendi licentiam, quam ſibi ſumſit auctor. Varia, contra famoſum hunc librum, prodierunt ſcripta, [44] rariora hodie libro ipſo.

44) Quae ad meam peruenerunt notitiam et in bibliotheca mea extant, ſunt ſequentia, omnia in forma, quam dicimus, duodecima, edita: *Iudicium de Conſtantini Germanici Itinerario politico.* *1669.* Adlegatur non numquam hoc titulo, quo incipit libellus: LVDOVICI VERONENSIS *relatio ad* — — *Dn.* I. H. B. (*i. e.* IOANNEM HENRICVM BOECLERVM, teſte *Bibliotheca philoſoph.* STRVVIO-KAHLIANA *T. II. p. 302.*) S. C. M. vt et E. E. M. *conſiliarium, academiae* A. *famigeratiſſimum profeſſorem, de Conſtantini Germanici Itinerario Germ. politico, iudicium exhibens.* Conſtat *pagg.* *31.* EVSEBII FVRSTENHOLDS *Examen iudicii de Conſtantini Germanici Itinerario politico ad virum quemdam nobiliſſimum ſcriptum.* *1670.* *pagg.* *68.* R. B. (*i. e.*

ipſo. Latuit non nihil auctor. Iam vero exploratum eſt, PHILIPPVM ANDREAM OLDENBVRGERVM, ICtum magni nominis, parentem eſſe partus, [45] ſibi maxime fatalis. Si enim recte ſe ſe habent, quae V. C. CHRISTIANVS GOTTLIEB IOECHERVS, adnotauit, prouocans, in rei fidem, ad vitam OLDENBVRGERI, in peculia-

 ri

(*i. e.* REINHARDVS BLOME, teſte *lexico eruditor.* MENCKENIO - IOECHERIANO) *Defenſio per epiſtolam ad amicum.* Prodiit absque mentione loci et anni: datam vero eſſe epiſtolam *Francofurti d. 16. April. 1669.* in fine legitur. Paginas habet 17. V. C. AVGVSTINVS DE LEYSER in *Diſſ. de ſalario, p. 14. itinerarium* hoc, ſatyras inter iuris publici, ſeu potius libellos famoſos, flamma et carnifice dignos, collocandum eſſe, cenſet, ſimulque IOANNEM GEORGIVM II, *electorem Saxonem*, ab iniuriis, ipſi, in libro damnato, illatis, vindicat. Deinde quidem celeberrimus auctor *der Leipziger oeconomiſch. Sammlungen, P. LXVIII. p. 705* monuit, duas extare *itinerarii* huius editiones, quarum poſterior caſtrata, prior vero,

eo

ri libello, conſcriptam, quam vero videre, vsque adhuc mihi haud licuit, auctor, quem dixi, folia libri duo,

eo titulo, qui, in meo exemplari, eſt ſpecialis, inſtructa, authentica ſit. Verum enim vero, niſi totus fallor, ex duplici, libro, praefixo titulo, quos dedi, ſibi perſuaſit auctor doctiſſimus, duas illius eſſe editiones: quum ab aliis generali, ab aliis vero ſpeciali inſcriptione adlegetur. At ego quidem, qui libri huius famoſiſſimi multa exemplaria vidi, et contuli, omnia ſibi inuicem, et titulis, et forma, et textu ipſo, reſpondere prorſus, deprehendi: quamuis infitiari nolim, librum, plus ſimplici vice, prelo eſſe ſubiectum: quod, ex typorum diuerſitate, indeque vario plagularum numero, in exemplaribus in vulgus ſparſis, obuiis, atque aliunde adparet. Addantur ea, quae, *nota ſequente*, ſunt dicta.

45) Satis ſuperque hoc conſtat ex *praefatione*, huic *itinerario*, PHILIPPI ANDREAE OLDENBVRGERI *Theſauro rerum publ. P. IIII. p. 655. ſeqq.* inſerto, adiecta. Forte ab inſtituto noſtro non omnino alienum erit, ſuperioribus dictis, hanc praefa-

duo, quibus contumelioſa multa, de principe quodam eiusque incaſtis amoribus, continebantur, poenae lo-

 co,

praefationem, lectu dignam, ſubnectere. Concepta vero eſt verbis ſubſequentibus. *Ante aliquot annos,* (itinerarium hoc) *a ficti nominis auctore eſt emiſſum, quod nunc cum iudicii lima ita reuiſum, emendatum et auctum, vt erroribus odioſis facti, iisque, quae contra caritatem chriſtianam de ruricolis Bauaris, feſtinanti calamo, illi exciderunt, reſectis, Germaniam viuam, ad vnguem vsque, repraeſentet. Quomodo ſcilicet illud quaſi ad poſtam, nimis feſtinanter, conſcriptum, et a lucri cupido mercatore extortum ſit, tempus in lucem proferet. Sane improbi fures, qui aliquoties immaturum iſtud ſcriptum, in Germania et Belgio, rurſus typis expreſſerunt, merentur, vt ferrea virga in illos animaduertatur. Optimi nonnulli cenſores, qui impium quemdam calumniatorem iudicium Midae tuliſſe, cenſent, fatentur, quod auctor ille, quisquis ſub illo nomine lateat, ſit vir pius et probus, ſcriptum illud pro partu ſuo non agnoſcat, et quod plane ſit Euſebius Furſtenbold, probe ſciens, principes eſſe terreſtres Deos et dominos, diuino charactere, ſemper venerabili et inuiolabili, praeditos: exiſtere*

*tamen*

co, deuorare debuit, acceptis inſuper fuſtibus.[46] Idem ſupplicii genus expertus dicitur libellus:

*Dania ad exteros de perfidia Suecorum. 1643. 4to.*

Huius auctorem THEODORVM REINKINGIVM eſſe Sueci palam fecerunt, iidemque, quum eorum famae grauis eſſet atque moleſtus, ſparſerunt ac diſſeminarunt, hanc auctori fuiſſe latam ſententiam, vt vel ceruicem ferro praeberet, vel in pulte, quam tum edebat, libellum comederet, addentes, poſterius eum feciſſe.[47] Vt vt vero

*tamen peccatores, vt reliqui mortales, per meritum ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti vnice ſaluandos. Erroribus itaque iuuenilibus auctoris illius Itinerarii omnes aequanimi Chriſtiani ignoſcunt, magnorumque principum gratioſa clementia, paulum ſiniſterius et liberius dictis, lituram inducit. Trin vni Deo laus et erratis venia.*

46) V. C. IOECHERVS in *Lexic. erudit.* art. P. A. OLDENBVRGER. Eadem perhibent *die monathl Nouvellen aus der gelehrt vnd curieuſ. Welt* (auctore GOTHOFREDO ZENNERO) *m.*

vero hoc eſt: veritati ſaltem non conuenit, libellum, quem excitaui, REINKINGII eſſe partum, cuius potius, auctoribus, THOMA BARTHOLINO,[48] et IOANNE MOLLERO,[49] verus eſt parens GVNDAEVS ROSAECRANTIVS, regni Daniae ſenator, qui, et aliis ſcriptis, contra Suecos, omiſſo ſuo nomine, editis, atque a VINCENT. PLACCIO[50] recenſitis, fidem regi ſuo probauit. Ipſis quoque Suecis hunc aduerſarium, poſtea, haud ignotum fuiſſe, pateſcit ex libello, ab illis, huic, oppoſito, ad praenomen GVNDAEVS, per

 ludi-

m. *Novemb. a.* cIↄIↄCLXXXXII. *p. 1036. ſeq.*

47) IOANNES DECKHERVS in *coniectur. de ſcriptis adeſp. p. 177.* et ex edit. VINCENT. PLACCII in ei. *Theatro anonym. et pſeudon. p. 28.*

48) in *Tr. de ſcriptis Danor. p. 50.*

49) in *Hypomn.* BARTHOLINI libro adducto, adiectis, *p. 228.* et in MOLLERI *Introduct. ſeu Iſagoge in hiſt. Cimbr. p. 147. et 287.* Adde EIVSD. *Cimbriam litt. T. II. p. 698.*

50) *c. l. p. 275.*

ludibrium, adludentes, inſcripto: GVNDAEVS BAVBATOR *Danicus.*[51]

SINGVLARIS, et ab hac, de qua diſſero, poena, in libros ſtatuta, non multum diuerſa eſt, ea, quam ab ISAACO VOLMARO, *L. B. in et de Rieden,*[52] apoſtata, *I. V. D.* ac *profeſſore* primum *Friburgenſi*, poſtea *Ferdinandi III imperatoris et Ferdinandi Caroli, Auſtriae archiducis conſiliario intimo, et archiducalis, ſuperioris Auſtriae,*

51) Prodiit *1659. 4to.* Vid. MOLLERVS in *Hypomn. ad* BARTHOLINI librum adlegat. *c. l.*

52) Pauca ſunt, quae de politico, ac celebrato hoc viro, oratores inter principes, in ipſo pacificationis Monaſterienſis negotio, haud infimum merente locum, in medium protulit v. c. CHRISTIANVS GOTTLIEB IOECHERVS in *Lexico eruditor.* Plura ad vitam, et ſcripta ſciti huius viri pertinentia, in ſcriniis meis extant, in quibus, ad eius memoriam renouandam, edendis, mentem iam fixi. Virum non repraeſentabo a vitiis immunem, quod in primis in- conſtantia

*ſtriae, diſtrictus, camerae praeſide, atque ad tractatus pacis VVeſtphalicae, nomine utriusque, legato plenipotentiario* ſumſit BERNHARDVS MAGNVS, *Saxoniae dux.* Hic, quum ab illo, variis ſcriptis contumelioſis, ante occupationem caſtelli Briſaci, eſſet laceſſitus, recepto Briſaco, coegiſſe fertur VOLMARVM, vt litteras, calumniarum plenas, per vnam horam, in ore teneret, ac manducaret, non tamen abſorberet.[53] Contra, ſecre-



conſtantia in fide, quam, fortunae cauſa, mutaſſe, haud obſcure patet, et ſtilus nimium acutus, ab aliis mordax dictus, quali non numquam, nullo habito perſonae reſpectu, quacum negotium ipſi interceſſit, eſt vſus, ſatis produnt. At, quum prius, eruditionis et meritorum gloriam obſcurare haud queat, atque poſterius forſitan condonari poſſit acris et viuidi ingenii viro, caeſari ſuo fidiſſimo: iuſto acrius, meo quidem iudicio, inſectati ſunt VOLMARVM aduerſarii. Neque enim omnia reſecanda ad viuum.

tarium comitis cuiusdam Germani, anno cIↄIↄcxxxi deuorare debuiſſe litteras in poenam, teſtis eſt MARTINVS ZEILLERVS.[54] Iam, ex adductis, nemo non, ſua ſponte, intelliget, haud adeo inauditum, prout narratoribus rerum, quae in terris geruntur, publicis, viſum eſt, fuiſſe facinus, quod dux quidam bellicus, anno cIↄIↄccxxxxviiii, Viennae, commiſit, dum notarium quemdam, inſtrumentum ſolemne, ob denegatam ſibi litterarum cambialium bis mille florenorum acceptationem, conficientem, ipſas has cambiales litteras deuorare, et immoderato ſimul potu ſe obruere, coegit.[55] Turpiſſimum vero hoc factum adeo nefas habuiſſe imperatoriam maieſtatem, vt, ob id, priuari ſtatim iuſſerit legione ſua ducem, ibidem relatum legimus.

PLVRA

53) Vide V. C. IOANNIS DAVIDIS KOELERI *praef.* ad *T. X. der Müntzbeluſtigungen.*

54) in *Epiſtolis, cent. I. ep. XXXVIIII. p. 110.* (edit. *Marp. 1656. 4.*)

PLVRA forſitan huiusmodi, chartis et libris irrogatae, poenae, in medium proferri poſſent exempla, ſi operae pretium foret, ea vndique ſollicite conquirere. LVDOVICVS enim LAVATERVS[56] iam obſeruauit, tabellarios aliquando ad litteras edendas eſſe compulſos. Sed ſufficiat, haec, ſpeciminis loco, adtuliſſe.

RESTAT, vt ea, quae veſtra, librorum emtores, ſcire intereſt, quaeque, vel vtilitatem veſtram, et commoditatem, vel auctionis rationem, ſpectant, faciam nota. Minus neceſſe habeo multus eſſe in depraedicando theſauro hoc librario. Videbitis ipſi, eum haud paucos exhibere libros rariores, immo rariſſimos: inprimis vero, ob collectiones nonnullas non tam frequenter obuias, praeſtare multis bibliothecis, et numero-

 ſiſſimis

55) Nuntiarunt id diurna politica anni, quem dixi.

56) in *Comment. in prophetam Ezechielem, homil. VII.*

ſiſſimis, et pretioſiſſimis. Siue enim conſideremus ſcriptorum polemicorum eccleſiae Gallicae, magna ex parte, authenticorum, adparatum, ſiue poetarum Gallorum veterum editionum primarum lectionem, ſiue mapparum geographicarum optimarum numerum, ſiue diariorum, praeſertim Gallicorum, nullo laborantium hiatu, longam ſeriem, ſiue catalogorum, tum publicarum, tum priuatarum, bonae notae, bibliothecarum, multitudinem, fatendum certe eſt, raras eſſe eiusmodi collectiones, meritoque ſuo caras. Agnouit iam huius generis collectionis, quam vltimo dixi loco, vtilitatem, quin, exemplo ſuo, comprobauit vir doctiſſimus, et librorum in primis cognitionis

57) Vide EIVSDEM *Catalogum MSC'torum membranaceorum et chartaceorum, itemque librorum impreſſorum rariſſimorum, in praefatione.*

58) Conf. EIVS *Polyhiſtorem litt. lib. I. cap. XVIII. §. I. p. 196.* De inſigni fructu, ex bene

nis eruditae peritiſſimus, IOANNES LVDOLPHVS BVNEMANNVS, qui plures quam quadringentos bibliothecarum, per integrum fere ſeculi decurſum, in Belgio, venum expoſitarum, catalogos, multo impendio, ſibi adquiſiuit, atque ingenue eſt faſſus, inſignibus, ex iis, ſuam librorum notitiam auctam fuiſſe acceſſionibus.[57] DANIEL GEORGIVS MORHOFIVS vero, tam neceſſariam auctorum, optimorum catalogorum, ſcientiam, vnicuique, vltra vulgus ſapere, cupienti, multo tamen magis polyhiſtori, eſſe iudicat, vt mapparum geographicarum cognitionem peregrinaturo.[58] Sed quo prolabor? Redeundum eſt ad propoſitum, ad vos, librorum emtores futuros. Sciatis velim: ſollicitum

bene inſtructis catalogis, capiendo, adi quoque multa vtilia differentem HERMANNVM CONRINGIVM ſub initium epiſtolae *de bibliotheca auguſta* et THEOPHILVM SPIZELIVM in *Diſſ. praelim. ad ſacra bibliothecarum illuſtr. arcana retecta* §. 11-13.

citum ſemper fuiſſe celeberrimum bibliothecae poſſeſſorem, de adipiſcendis optimis librorum editionibus, et adeo quidem ſplendoris, et magnificentiae, in eo, habuiſſe rationem, vt, ſi liber quidam, charta auguſta, aut ſaltem maiore, ordinaria, haberi poſſet, ſumtibus haud parceret. Neque minus nitorem libri magni ſemper faciebat vir munditiei, et elegantiae, in omni vita, adſuetus, cauebatque, ne temere polluerentur. Vtebatur quidem illis, nec perfunctorie, prout videre eſt ex multis voluminibus, in quibus licet nonnulla, elegante manu ſua, emendauerit, nulla tamen vsquam adpareat macula, neque vllus liber, vngue, aut reflexa charta, notatus, reperiatur. Quumque ad ſplendorem bibliothecae multum conferat compactura, eo etiam nomine, hic, cui praefamur, theſaurus librarius, commendari, et luculentiſſimae bibliothecae elogio mactari meretur. Libri enim, maximam

ximam partem, gaudent ligatura Gallica, tantamque prae ſe ferunt elegantiam, vt tamquam ab artificis, in arte libros compingendi, manu, uperrime tegumento donati videantur. Qua, quidem, ex ratione, ſupellex haec libraria, illorum etiam, qui res viſu aeſtimant, et corticis magis, quam nuclei, habent rationem, n ſe conuertet admirationem. Reliquis, hac pulcra compactura, non nſtructis, ſiglum eſt adiectum pro ignificando veſtitu, expreſſum per naiuſculam litteram C, quae *conſu*, eu conſutos eſſe libros et complicaos, ſeu rudiuſcule compactos, obdutosque dumtaxat chartae caeruleae egumento, denotat. Deinceps monitos emtores volumus, ordinem uctionis eumdem fore, qui eſt caalogi. De reliquo, iis, qui haae publicae ipſi intereſſe nequent, neque amicos habent Berolini, uorum opera vicaria, in emendis bris, vtantur, ſua officia humaniſſi-

me

me offerunt viri, et munerum dignitate, et meritis in eccleſiam et rem litterariam, conſpicui, SAMVEL FORMEY, *regiae ſcientiarum academiae ſecretarius perpetuus*, IOANNES HERMANNVS GRONAV, *concionis reformatae aedis parochialis*, vulgo *Parochial-Kirche* dictae, *orator primarius, collegiique, quod pauperum gerit curam, commiſſarius*, et MELCHISEDEC GVALTIERI, *coetus Gallici in vrbe Fridericiana* (*Fridrichſtadt*) *paſtor*. Emtores vero exteri, laudatis viris, ignoti, vt in fidem, et arrhae loco, aliquid numorum, et quidem probatorum, ſuis mandatis adiungant, aut virum idoneum, Berolini habitantem, qui, ſe numos exſoluturum, quaeuisque praeſtiturum praeſtanda, ſpondeat, nominent, ſimulque rationes et vias, emtos transferendi

59) Id equidem diſſimulare nolo, varia, quae mihi obtigerunt, mala, facilius me ſubigere potuiſſe, ſi memor ſemper fuiſſem

ferendi libros, indicent, amantiſſime admonentur. Id denique, vt curent emtores quiuis exteri, ne officium iis, qui commiſſa exequuntur, ſit damnoſum, etiam me indicente, aequum quilibet cenſebit. Abſolui iam, quod volui, quodque debui, praefari rogatus, et pietas a me poſtulauit. Grande enim nefas foret, ſi occaſionem hanc oblatam, gratum, quem ſemper habui erga celeberrimum bibliothecae poſſeſſorem, animum, ſignificandi, praetermitterem: quippe qui amorem, in ſe, meum, adeo ſemper amauit, vt multa ſui, in me, amoris, extare voluerit documenta.

ITA VOS, doctores muti exulantes, qui dulce ſaepius aegritudinum mearum fuiſtis lenimen, et inter aduerſa [59] refugium, ex conſpectu meo, triſtis

iſſem aureae, PAVLI TARSENSIS, regulae, *II. Cor. XI. 19.* quae medicina quidem tarda, magna tamen atque efficax eſt!

triſtis dimitto. Experimini fata, quae meremini, ſecunda. Dabam Sedini IIII Kal. Iun. A. P. C. N. cIↄ Iↄ CCLVI.

---

## *Praeconium*
### LIBRI VTILIS
## *ob fugam vacui adiectum.*

LIBER eſt lumen cordis, ſpeculum corporis, virtutum magiſter, vitiorum depulſor, corona prudentum, diadema ſapientum, gloria honorum, decus eruditorum, comes itineris, domeſticus amicus, collocutor et congerro tacentis, collega et conſiliarius praeſidentis, vas plenum ſapientiae, myrothecium eloquentiae, hortus plenus fructibus, pratum floribus diſtinctum, principium intelligentiae, memoriae penus, mors obliuionis, vita recordationis: vocatus properat, iuſſus feſtinat, ſemper praeſto eſt, numquam non morigerus, rogatus confeſtim reſpondet: ſincerus conſultor, non aſſentatur, non loquitur ad gratiam, nemini parcens, quia neminem timet: nihil mentitur, quia nihil poſcit: te numquam faſtidit, etiamſi tu illum faſtidio habeas, arcana reuelat, obſcura illuſtrat, ambigua certiora reddit, perplexa reſoluit, contra aduerſam fortunam defenſor, ſecundae moderator, opes adauget, iacturam propulſat: puteus inexhauſtus, theſaurus immenſus, aerarium inconſumtibile, paradiſus, vnde eiici non potes, niſi cum volueris: amoenitas frugifera, qua frui poſſis, quamdiu velis, doctor gratuitus, faciens te gnarum, ſi reperit ignarum.

LVCAS DE PENNA *in rubr. C. de nauicular.*

Stettin, Diss., 1719-74

ULB Halle
005 359 66X
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0075-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0076-2

IO. CAROL. CONR. OELRICHS

MIT. PALAT. CAES. PROF. IVR. PVBL. ORD. REGIIS
ONAR. ART. SOCIETATIB. REGIOMONTI. GRYPHISW.
ET GO TINGAE. NEC. NON. DVCALI. HELMSTAD.
ITEMQVE. BREMENSI. TEVTONICIS. ET
LATINAE. IENENSI. ADSCRIPTI

1756.

# DISSERTATIO

DE

## IBLIO HECAR. AC. LIBROR. FATIS

IN. PRIMIS

## LIBRIS. COMESTIS

---

PRAEFATIONIS. LOCO
TALOGO.PARTIS.BIBLIOTHECAE
NVMEROSISSIMAE. LECTISSIMAE
AC. NITIDISSIMAE
BEROLINI
KAL. DEC. ET. SEQQ. CIↃ IↃCCLVI
DIVENDENDAE
PRAEMISSA

---

SEDINI
TYPIS. SPIEGELIANIS
CIↃ IↃ CCLVI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242775-p0077-8